



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Hierakosophion**

**Demetrius <Pe pagomenus>**

**Lvtetiae, 1612**

**cxiiii. Ad scabiem.**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12846**

*Aliud remedium.*

Sympyti tres partes ex carne dentur: quæ si nihil profuerint, elaphoboscon & symphyton in vnum misceto: dato tres partes, & ad sanitatem perduces.

*Ad scabiem.*

**S**CABIEI prurigo accipitrem cogit contra se, tanquam contra hostem vnguis & rostro uti: sed tu locum scabiosum exprimito, donec sanguis eliciatur; deinde aconiti succo per triduum illinito; tum aceto quam acerrimo eluito, & thus masculum aceto conspersum terito, eoque scabiosas partes linito, accipitremque tantisper teneto, dum partes quas leueris, desiccatae fuerint. Vel saponis, spumæ nitri æquas partes acerrimo aceto misceto, hisque accipitrem linito, modo prius in balneo ipsum calefeceris, & postridie calda potabilis eluito, & quam mox sanabitur. Aut argentum viuum cum saliuaterito, eoque accipitrem vngito. aut bitumen ex vetere vino & oleo ad secundas decoquito, eoque calido animantem inungito.

*Ad lichenas.*

**N**ITRVM Alexandrinum quam minutissime terito, idque in oleum acer-